



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

2 De humana natura in Christo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

D I V I
T H O M A E A Q V I N A T I S
 D O C T O R I S A N G E L I C I .
 Q V A E S T I O N E S
 Q V O D L I B E T A L E S .

Q V A E S T I O I .

A

Q V A E S T I O I I .

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum beatus Benedictus vidit diuinam essentiam.



QV A E S I T V M est de Deo, Ange-
 lo, & homine. De Deo quaesitum
 est & quantum ad diuinam na-
 turam, & quantum ad naturam
 humanam assumptam. Quantum
 ad diuinam naturam quaesitum
 est, Vtrum beatus Benedictus
 in visione, qua vidit totum mun-

dum, diuinam essentiam viderit: & ostendebatur
 q̄ sic. Dicit. n. Greg. 4. dialogorum de hac visione
 loquens. Anima videti Dei angusta fit omnis crea-
 tura: sed videre Deum est videre diuinam essentia.
 ergo beatus Benedictus vidit diuinam essentiam.
 ¶ Præter. Ibidem subdit Greg. q̄ totum mundum vi-
 dit in diuino lumine: sed non est aliud lumen, vel
 claritas Dei: quam ipse Deus, vt idem Grego. dicit,
 & habetur in glos. Exo. 33. super illud, Non videbit
 me homo, & viuet. ergo beatus Benedictus vidit
 Deum per essentiam.

S E D C O N T R A est, quod dicitur Io. 1. Nemo
 Deum vidit vnquam, vbi dicit gl. q̄ nullus in mor-
 tali carne viuens, Dei essentiam videre potest.

R E S P O N. Dicendum, q̄ corpus corruptibile
 aggrauat animam, vt dicitur Sapient. 9. Summa au-
 tem eleuatio mentis humanae est, vt ad diuinam ef-
 sentiam videndam pertingat, vnde impossibile est
 vt mens humana corpori vnita Dei essentiam vi-
 deat, vt Aug. dicit 12. super Gene. ad litera. nisi huic
 vitae mortali funditus homo intereat, vel sic alie-
 netur a sensibus, vt nesciat vtrum sit in corpore, an
 extra corpus, sicut de Paulo legitur 2. ad Corin. 1. f. f.
 Beatus autem Benedictus quando illam visionem
 vidit, nec huic vitae funditus mortuus erat, nec a
 corporeis sensibus alienatus: quod pater per hoc,
 q̄ dum adhuc in eadem visione persisteret, alium
 ad idem videndum aduocauit, vt idem Greg. refert:
 vnde manifestum est, q̄ Dei essentiam non vidit.

A D P R I M V M ergo dicendum, q̄ Grego. ex
 quadam proportione argumentari intendit in ver-
 bis illis. Si enim videntes Dei essentiam, in eius cõ-
 paratione totam creaturam reputat paruum quid
 ad videndum, non est mirum si beatus Benedictus
 per lumen diuinum aliud amplius videre potuit,
 quam homines communiter vident.

A D S E C V N D V M dicendum, quod lumē Dei
 quandoque dicitur ipse Deus, quandoque vero aliud
 lumen deriuatum ab ipso, secundum illud Psalmi
 stæ trigesimo sexto. In lumine tuo videbimus lu-
 men: hic autem accipitur pro lumine deriuato a
 Deo.

DE I N D E quærebantur duo circa humanam
 naturam in Christo.

¶ Primo, Vtrum fuerit in Christo vna filiatio, qua
 refertur ad patrem & ad matrem, an duæ.

¶ Secundo, De morte eius, Vtrum in cruce mor-
 tuus fuerit.

ARTICVLVS II.

Vtrum in Christo sint due filiationes.

CI R C A primum sic procedebatur. Videtur q̄
 in Christo sint duæ filiationes. Multiplicata. n.
 causa relationum, multiplicantur relationes: gene-
 ratio autem est causa filiationis. cum ergo alia sit gene-
 ratio, qua Christus natus est æternaliter a patre, &
 alia qua natus est temporaliter a matre, erit etiam
 alia filiatio, qua refertur ad patrem, & alia qua refer-
 tur ad matrem.

¶ Præter. Quod recipit ex tempore aliquid absolutum
 absque sui mutatione, multo magis absque sui mu-
 tatione potest recipere temporaliter aliquam proprie-
 tatem relationis: sed filius Dei ex tempore recepit aliqd
 absolutum absque sui mutatione, q̄ super illud Luc. 1.
 Magnus erit, & filius altissimi uocabitur, dicit Am-
 br. Nō iō erit magnus, q̄ ante partū Virginis ma-
 gnus nō fuerit, sed quia potētia quam Dei filius na-
 turaliter hēt, homo erat ex tempore accepturus, ergo
 multo magis ex tpe potuit accipere filius Dei absque
 sui mutatione nouam filiationem, vt sic ei conuen-
 iat duæ filiationes, una æterna, & alia temporalis.

S E D C O N T R A. A quo aliquid hēt q̄ sit tale,
 ab eius unitate hēt q̄ sit unum tale: sed filiatione
 aliquis hēt q̄ sit filius. ergo una filiatione est unus
 filius: sed Christus est unus filius, & non duo: ergo
 in Chro non sunt duæ filiationes, sed una tantum.

R E S P O N. Dicendum, quod relationes differunt in
 hoc ab omnibus aliis rerū generibus, quia ea quæ
 sunt aliorum generum, ex ipsa rōne sui generis ha-
 bent qd sunt res natura, sicut q̄itates ex rōne quā-
 titatis, & qualites ex rōne qualitaris: sed relationes
 non hēt quod sunt res natura ex rōne respectus ad
 alterum. Inueniuntur. n. quidā respectus qui non
 sūt reales, sed rōnales tm, sicut seibile refert ad sciē-
 tiam, non aliqua reali relatione in seibile existēte, sed
 potius quia sciētia refert ad ipsum. s̄m phil. in 5. me-
 ta. sed relatio hēt quod sit res natura ex sua cā, per
 quam una res naturalē ordinē habet ad alterā, qui
 quidē ordo naturalis & realis est: ipsi ipsa relatio:
 unde dextrū & sinistrū animalū sunt relationes rea-
 les, quia consequitur quasdam naturales uirtutes.
 In colūna autem sunt respectus rationis rātū s̄m
 ordinem animalis ad ipsam. Ex eodem autē hēt ali-
 quid quod sit ens, & quod sit unum, & ideo cōtin-
 Quodlib. S. Tho. A git

git quod est vna relatio realis tantum propter vni-
 tatem⁴ causae, sicut pater de aequalitate: pp vnam. n.
 quantitate est in vno corpore vna equalitas tris,
 quamuis sint respectus plures, sicut quos diuersis
 corporibus dicitur esse aequale. Si autem secundum
 omnes illos respectus multiplicarentur realiter rela-
 tiones in vno corpore, sequeretur quod in vno essent
 accidentia infinita, vel indererata: & similiter
 magister est vna relatione magister omnium quos
 idem docet, quamuis sint multi respectus: sic etiam
 vnus homo secundum vnam realem filiationem est
 filius patris sui, & matris suae, quia vna natura
 vnam naturam ab vtroque accepit. Sequendo ergo
 hanc rationem, vi detur dicendum, quod alia sit fi-
 liatio realis in Christo, qua refertur ad patrem, &
 alia qua refertur ad matrem, quia alia generatio
 nascitur ab vtroque: & alia est natura quam habet a
 patre, & alia quam habet a matre. Sed alia ratio in-
 fringit pactum, hoc n. est vniuersaliter tenendum,
 quod nulla relatio Dei ad creaturam realiter in Deo
 existit, sed est respectus rationis tantum, quia Deus
 est supra omnem ordinem creaturae, & mensura
 omnis creaturae, a qua dependet omnis creatura, &
 non e conuerio, multo magis quam hoc conueniat
 scibili respectu scientiae; in quo pp has causas non
 est relatio realis ad scientiam. Est autem conside-
 randum, quod subiectum filiationis non est natu-
 ra, vel natura pars aliqua. No. n. dicimus, quod hu-
 manitas sit filia, vel caput, aut oculus. In Christo au-
 tem non ponimus nisi vnum suppositum, & vnam
 hypostasim sicut & vnam personam, quod est sup-
 positum aeternum, in quo nulla relatio realis ad crea-
 turam esse potest, ut iam dictum est: unde relinquimus
 quod filiatio qua Christus refertur ad matrem, est
 respectus rationis tantum, nec propter hoc sequitur,
 quod non sit realiter filius Virginis. Sicut enim
 Deus est realiter dominus propter realem potenta-
 tiam qua continet creaturam, sic realiter est filius
 Virginis propter realem naturam quam accepit a
 matre. Si autem essent in Christo plura supposita,
 oporteret ponere in Christo duas filiationes, sed
 hoc reputo erroneum, & in concilijs inuenitur
 damnatum: vnde dico quod in Christo est vna
 relatio realis tantum, qua refertur ad patrem.

Ad primum ergo dicendum, quod non negamus
 non esse in Christo realem filiationem qua refertur
 ad matrem, quia causa relationis deficit, sed quia
 deficit subiectum talis relationis, cum non sit in
 Christo aliquod suppositum creatum, vel hypostasis.

Ad secundum dicendum, quod eo modo quo
 ille homo accepit ex tempore Dei potentiam, eo
 modo accepit filiationem aeternam, in quantum. f.
 factum est ut vna esset persona Dei & hominis, ut
 Ambro. ibidem subdit. Hoc autem non est factum
 per aliquid realiter absolutum, vel relationum tem-
 poraliter inhaerens filio Dei, sed per solam vni-
 onem qua realiter existit in natura creata, non autem est
 realiter in persona assumente.

Quod vero in contrarium obijciatur, necessita-
 tem non habet. Dicitur enim aliquando vnus qualis
 propter vnitatem substantialem subiecti, licet
 sint multae qualitates, ut color & sapor in pomo.

ARTICVLVS III.
 Verum Christus in cruce mortuus fuerit.

Circa secundum sic proceditur. Videtur, quod
 Christus in cruce mortuus non fuerit. Si enim fuit
 mortuus, aut hoc fuit quia ipse animam a corpore
 separauit, aut pp vulnera: sed non primo modo.

Sic enim sequeretur, quod Iudaei Christum non occi-
 dissent, sed quod ipse sui ipsius fuisset homicida, quod
 est inconueniens. Et similiter nec secundo modo
 quia mors qua accidit propter vulnera, prouenit
 homini ex summa debilitate praueuiente, quod in
 Christo non fuit, quia clamans expirauit, ergo Chris-
 tus in cruce nullo modo mortuus fuit.

Præter. Natura humana non fuit in Christo debi-
 lior quam in alijs hominibus: sed nullus alius ho-
 mo cito moreretur propter vulnera manuum &
 pedum. Vulnera autem lateris fuit ei intus post
 mortem Christi, ergo in cruce mortuus non fuit,
 cum nulla causa mortis eius esse uideatur.

SED CONTRA est, quod dicitur lo. 9. quod
 Christus in cruce pendens, inclinato capite tradi-
 dit spiritum, mors autem est per separationem
 animae a corpore, ergo Christus in cruce mor-
 tuus fuit.

RESPONDEO. Dicendum, quod absque om-
 ni dubio confitendum est Christum in cruce esse
 re mortuum fuisse. Sed ad videndum causam mor-
 tis eius, considerandum est, quod cum Christus fue-
 rit verus Deus & homo, eius potestas liberae quae
 quid pnter ad humanam naturam in Christo, quod
 in alijs puris hominibus non contingit. Volunta-
 ri enim eorum non subiacent quae naturaliter sunt.
 Vnde haec causa assignatur quare anima Christi
 simul patebatur & fruebatur, quia scilicet eo mo-
 dante hoc factum est, ut non fieret redundantia
 a superioribus virtutibus in inferiores, nec impelle-
 tur superiores virtutes a suo actu propter passionem
 inferiorum, quod in alijs hominibus contingere
 non potest propter naturalem conditionem po-
 tentiarum adiuuicem: & similiter in passio est
 dicendum. Mors enim violenta accidit ex hoc quod
 nocimento illato natura cedit, & quantum natura
 resistere potest, tandiu mors retardatur. Vnde qd.
 natura est fortior, ex equali causa rariis moritur
 aur. Erat autem subiectum volitatis Christi, quae natura resistere
 nocimento illato, & qui cederet. Vnde eo vo-
 lente natura resistit nocivo illato vique ad finem

plus quam in alijs hominibus, postquam in finem
 post multam sanguinis effusione quali integer vna
 bus clamauit voce magna, & statim eo uolente
 natura cessit, & tradidit spiritum, ut se Deum naturae
 vira, & mortis ostenderet: vnde de hoc admirans Ce-
 tario, dixit. Vere hic homo filius Deitatis. Sic ergo
 & Iudaei Christum occiderunt nocumtum mo-
 riter inferentes, & tamen ipse animam suam
 posuit & tradidit spiritum, quia quia voluit natura
 nocimento illato totaliter cessit. Nec tamen culpa
 dus est quasi sui homicida, est enim corpus pp ani-
 mam, & non e conuerso. Vnde iniuria fit animae,
 cum propter nocumtum corpori illatum de cor-
 pore expellitur contra naturalem appetitum ani-
 me, sed forte non propter deprauatam uoluntatem
 se interficientis: sed si anima in sui potestate habe-
 ret recedere a corpore quando uellet, & iterum ad-
 uenire, non maioris esset culpe, si corpus desere-
 ret, quod habitator deseruerit domum, culpa tamen
 men est quod inde expellatur inuitus.

Et per hoc patet responso ad obiecta.

QUESTIO III.
 ENIDE querebatur duo de angelo. Primo,
 Vtrum angelus dependeat a loco corporali
 in suam essentiam, an sit in loco in operatione
 tantum. Secundo, De motu angeli, utrum possit
 moueri de extremo in extremum sine medio.

4. p. q. 46. ar.
 4. o. & opus
 60. art. 1. &
 16.